

Armamentario gloriatur incomparabili urbs posita Hadriacis (caput alterum orbis) in undis, & scita toti ponere mari jura: Dresda tibi sistet, quod cum veneto certet.

Multa prætereo *atria, theatra comica, sphaisteria, jaculatoria, gladiatoria, granaria, pulveris tormentarii conditorium, machinarum edes &c.* & quod minime prætereundum erat, *Palatium s. Curia magna Judiciorum*, undè in omnia regimen (*), quàm apte undiq; disposita, ut suum cuique ritè tribuatur, resque summi Imperantis fartæ tectæque maneant: *Templa quoque Diis consecrata, Arcis regie, Crucianum, Sophianum, veteris Dresdæ*, magnificè exstructa.

Amœna Albis fluenta eminus-cominus contemplaturus *Pontem* perambula, tres inter Germaniæ celebres primarium saxeam, Emseri elogiô opus haud minoris pretii, quam veterum quæcunqve sive pyramides sive colossi. Addo: SA-

*) verbis Taciti L. 3. A. c. 47.